Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

De hoc quæritis me: vos quia di
xi modicum et non videbitis me: et
iterum modicum et videbitis me. v
Amen amen dico vobis: quia
plorabitis et flebitis vos: mun
dus autem gaudebit: vos autem
contristabimini: sed tristitia vestra
vertetur in gaudium. Mulier cum
parit tristitiam habet: quia venit
hora eius. Cum autem pepererit pue
rum iam non meminit pressure
propter gaudium: quia natus est
homo in mundum. Et vos igitur nunc
tristitiam habetis. Iterum autem
videbo vos et gau
debit cor vestrum: et gaudium ves
trum nemo tollet a vobis. Et in
illo die me non interrogabitis quic
quam. Amen amen dico vobis
si quid petieritis patrem in nomine
meo dabit vobis. Usque nunc non
petistis quicquam in nomine meo. Pe
tite et accipietis: ut gaudium
vestrum sit plenum. Hæc in proverbi
is locutus sum vobis. Venit hora
cum iam non in proverbis loquar
vobis. Sed palam de patre an
nuntiabo vobis. In illo die in no
mine meo petetis. Et non dico vo
bis: quia ego rogabo patrem de
vobis. Ipse enim pater amat
vos quia vos me amastis: et
credidistis quia ego a deo exivi
exivi a patre et veni in mundum
iterum relinquo mundum: et va
do ad patrem. Dicunt ei discipu
li eius. Ecce nunc palam loqueris
et proverbium nullum dicis. Nunc
scimus quia tu scis omnia: et non
opus est tibi ut quis te interro
get. In hoc credimus: quia a deo
existi. Respondit eis iesus:
Modo credis. Ecce venit hora
et iam venit ut dispergamini
unusquisque in propria et me so
lum relinquatis. Et non sum
solus: quia pater mecum est. Hæ
locutus sum vobis: ut in me
pacem habeatis. In mundo pres
suram habebitis: sed confidite
ego vici mundum.

XVII

Hæc locutus est iesus et
sublevatis oculis in ce
lum dixit. Pater venit
hora. Clarifica filium tuum. Ut filius
tuus clarificet te. Sicut dedisti
ei potestatem omnis carnis: ut
omne quod dedisti ei det eis vitam
æternam. Hæc autem est vita æ
terna: ut cognoscant te solum deum
verum: et quem misisti iesum
ego te clarificavi super terram.
Opus consummavi: quod dedisti mihi
ut faciam. Et nunc clarifica me
tu pater apud te metipsum: claritate
quam habui priusquam mundus
fieret apud te. Manifestavi
nomen tuum hominibus: quos de
disti mihi de mundo. Tui erant
et mihi eos dedisti: et sermo
nem meum servaverunt. Nunc cog
noverunt: quia omnia quæ dedis
ti mihi abs te sunt. Verba
quæ dedisti mihi dedi eis: et
ipsi acceperunt et cognoverunt
vere quia a te exivi: et crediderunt
quia tu me misisti. Ego pro eis
rogo. Non pro mundo rogo: sed pro
his quos dedisti mihi: quia tui
sunt. Et mea omnia tua sunt: et
tua mea sunt: et clarificatus sum
in eis. Et iam non sum in mundo:
et hi in mundo sunt: et ego ad
te venio. Pater sancte: serva
eos in nomine tuo quos dedisti
mihi ut sint unum sicut et nos.
Cum essem cum eis: ego servabam
eos in nomine tuo. Quos dedisti
mihi ego custodivi: et nemo
ex eis periit nisi filius perditionis
ut scriptura impleatur. Nunc autem
ad te venio. Et hæc loquor in